



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Henōtikon siue Pacificatorivm Dissecti Belgii**

**Afhakker, Aegidius**

**Vrsellis, 1618**

Capvt VI. An & quem Deus iudicem controuers. constituerit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64709](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64709)

## CAPVT VI.

An & quem Deus iudicem controuers.  
constituerit.

**C**um itaque ex dictis superiori capite  
tis appareat Christum Dominum,  
(cum sit Deus omnipotens) nihil est  
facile, facile dilectę sponſę ſuę Eccleſię  
ille de tali iudice prouidere qui eidem tam  
neceſſarius, quàm diſſidia, ſchiſmata & ſidei  
incerta fluctuatio fidelibus ſunt pernicioſa.  
Quis ſanę mentis & cui æterna ſalus curę ſit  
perſuadere ſibi facile poterit, Chriſtum hanc  
tam neceſſariam gratiam Eccleſię ſuę (pro qua  
ſemetipſum in mortem obtulit) præſtare no-  
luiffe? Verū ne noſtra nos fallat ratiocinatio  
ex ipſo Chriſti Domini verbo quem ad hanc  
dignitatem euexerit, oportet demonſtrare.  
Pro hoc ergo inueſtigando ſit.

*Propoſitio. I.*

Chriſtus Dominus non conſtituit omnes  
ſingulos Eccleſię prælatos ſeu paſtores in-  
libiles cõtrouerſiarum iudices. Patet tum  
periētia: quia multi frequenter in fide ipſi  
rantes ex nobis abierunt. tum quia nuſquam  
extat in verbo Dei huius rei teſtimonium.

*Propoſitio. II.*

Chriſtus Dominus hanc iudicandi autho-  
ritatem non contulit omnibus paſtoribus cu-  
æqu

æquali potestate in concilio congregatis; ita  
 vt vel omnibus sic collectis veritatem infalli-  
 biliter reuelaret; vel singulis dissentientium  
 suffragijs cõputatis, plura paucioribus in de-  
 terminatione veritatis præponderare neces-  
 sariò deberent & ab errore esse libera. Prob.  
 1. quia nusquam extat in verbo Dei tale testi-  
 monium. Dedit enim quidem Christus Apo-  
 stolis, & in eis eorum successoribus potesta-  
 tem docendi, ligandi & soluendi peccata, ba-  
 ptizandi &c. sed hæc potestas non eis data vt  
 simul collecti eam exercerent; sed vt singuli  
 separatim vbi opus esset, & vbi curam pasto-  
 ralem singuli habituri erant, Sicut ergo vi-  
 huius potestatis singuli Apostolorum fidei  
 infallibilitatem nec acceperunt nec ad succes-  
 sores transmiserunt, ita nec collecti eandem  
 infallibilitatem ex ista Christi collatione ob-  
 tinere potuerunt. Secundo; voluit quidem  
 Christus *Matth. 18.* Ecclesiæ iudicium absque  
 contradictione aut appellatione à quolibet  
 fidelium sub excommunicationis pœna reci-  
 pi: ibi tamen non dicitur quinam de Ecclesia  
 iudicium illud vltimũ ferre debeant: an scili-  
 cet tota omnium fidelium collectio, etiam  
 laicorum infinito penè numero per vniuersũ  
 mundũ disperforũ: an verò illi quibus in Ec-  
 clesia constat iudicandi potestatem esse con-  
 cessam. Ita enim solemus dicere vniuersitatẽ  
 Parisiensem aut Louaniensem de aliqua quæ-  
 stione

stione iudicium tulisse; non quod omnes in eadem vniuersitate inscripti studiosi, sed solum doctores & totius vniuersitatis capita ad iudicandum conuenerint. Cùm autem horum prius sit & contra rationem & impossibile, restat inquirendum quinam isti sint dati à Christo controuersiarum iudices. Denique quod Christus ibidem dicit, *vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum*, etiã si intelligatur de vniuersali concilio (quod tamen non esse necessarium fatetur Caluinus li. 4. instit. cap. 9. §. 2.) nihil tamen dicitur de æquali congregatorum authoritate, nec de valore plurimorum suffragiorum in dissidio. De reuelanda autem veritate conscientis omnium in concilio legitime congregatorum nihil Christum promississe manifesta docet experientia. Sæpe enim in concilijs aliqui pastores aliter sentiunt quam ceteri, ita ut vel aliorum authoritate moti in determinationem eorum consentiant, vel in sua persistentes sententia hæresios condemnentur.

2. Prob. experientia. fuerunt enim concilia in quibus (cum æquali authoritate colligerentur singulorum sententiæ) plurius suffragio facta sunt approbata: ut patet ex concilio Ephesino 2. & alijs. Dices: si omnes pastores colligendi possint errare. Ergo tota Ecclesia potest errare, quod est contra promissionem Christi *Matt. 16 & porta inferi non preualebunt aduersus eam*

eam. itē ca. vltimo: *Ego vobiscum sum vsq; ad mundi consummationem.* imo frustra & falso vocata esset Ecclesia ab Apostolo *colūna & firmamentum veritatis* 1. ad Timotheum 3. 15. Consequētia probatur: cum enim fidelium omnium *fides sit ex auditu, auditus autem per verbum Christi* quod prædicant pastores; nemo poterit bene credere qui male à pastoribus audiuerit. Atq; hæc ratio est, quare vniuersale concilium naturā suā repræsentet totam Ecclesiam. Singuli enim pastores ouium suarum fidem virtute continent atque adeo repræsentant. Respondeo negando primā consequentiā. Licet enim maior pastorum pars in errorem consensisset; si tamen aliqui eorum falsæ determinationi contradicerent, non erraret (vt patet) tota Ecclesia. Verum si omnes ad vnum, nemine contradicente, errarent; iam proculdubio tota errasset Ecclesia, vt probat argumentum, & falsa inueniretur Christi promissio. Quare & certo credendum est omnes pastores in errorem simul incidere non posse: Ex eo tamen non infertur, penes pastores omnes esse potestatem controuersias dijudicandi. Quid enim fiet si omnes non consentiant? Si quidam illorum in errorem labantur, quis inter dissentientes iudicis personam sustinebit? quo iudice constabit ouibus quænam pastorū portio à Deo derelicta in errorem inciderit? Hoc dicimus ex suffragiorum

multitudine non infallibiliter corrigi, & propterea partem aduersam erroris certo condemnari non posse, vnde sequitur vel nullum esse in Ecclesia iudicium certum & infallibile de controuersijs, vel omnes non pares suffragijs sed vnum debere esse cæteris prælatum, cuius sententię singuli se conformare teneantur.

*Propositio III.*

Christus Dominus B. Petro Apostolo potestatem contulit visibiliter vice sua, auctoritate doctorali totam Ecclesiam, tota vita sua instruendi in recta fide & moribus, idque cum infallibilitate circa doctrinam fidei, & morum: item cum potestate excludendi eos ab Ecclesia qui doctrinæ suæ assensum præbere nollēt. Quia verò hæc propositio tam euidenter in Euāgelij assertitur vt probatione non eget. Vnum tamen habent hæretici quo solent hæc auctoritatem modo ab Ecclesia remouere, scilicet hanc Petro fuisse datam potestatem extraordinariam sicut cæteris Apostolis, ita vt nemo illi in hanc potestatis plenitudinem successerit: ideò sit,

*Propositio IV.*

Hæc potestas collata est B. Petro vt pastori Ecclesiæ visibili ordinario; adeoque ea lege vt eadem etiam omnes legitimi eius successores gauderēt. Probatum primò ex necessitate

rate. Non enim tali pastore Ecclesia potest carere, vt euidenter patet ex ijs quæ tum capite ultimo Tertie partis, tum hac parte hactenus diximus. Et si Christus Dominus Apostolis suis omnibus hanc potestatem dedit, quia in diuersas mundi plagas ad prædicandum euangelium separandi carere eam non poterant, quis non videat post Apostolorum tempora infinitis penè hæresibus Ecclesiam vndequaq; infestatibus, saltem vnum huiusmodi pastorem non minus esse fidelibus necessarium? Nam rixantibus inter se tot prædicantibus, simplices & miseræ quid facient ouiculæ? Nisi verò S. Petri successores hac potestate gaudeant. Consistente toto mundo, nullus erit in Ecclesia pastor huiusmodi.

Deinde probatur apertissimis sacre scripture testimonijs, solum B. Petrum constitutum esse ordinarium totius Ecclesie pastorem, ita vt ex ratione ordinarij sui officij fuerit doctor diuinæ veritatis, cui omnes omnino fideles, tanquam discipuli seu oues possent & deberent confidere tanquam Christi summi pastoris Vicario; *Primò* ex Iohannis ultimo: vbi Christus post resurrectionem suam breui visibili præsentia Ecclesiam suam relicturus, Petrum actu solenni & quo nunquam alias magis ferium aut maioris momenti legitur exercuisse, tertio num se diligeret, & quidem num plus alijs Apostolis se diligeret, interrogauit: si

mulque tertio eidem, tali erga se amore, ag-  
 nos & oves suas pascendas tradidit. Ex quo  
 loco (nisi quis immortali odio in Romanum  
 pontificem prorsus sit excæcatus & quæ ver-  
 bis clarissimis ab Evangelista descripta sunt,  
 violenter detorquere cupiat) nemo non videt  
 Petrū ibi à Christo Domino cōstitutū esse o-  
 mnium fideiū ποιμένα id est, pastorem & re-  
 ctorem, adeoque cæteris etiam Apostolis  
 (vtpote Christi etiam ouibus) ordinatum  
 magistrum & doctorem datū. Nusquam ve-  
 rò legitur Christum vlli alteri Apostolorum  
 hanc suas oves pascendi curam demandasse,  
 sed solū irent per totū mundū & docerēt om-  
 nes gentes, vt portarent nomen suum & fidei  
 doctrinam coram regibus & principibus, id  
 est, vt oves Christo acquirerēt: hoc n. proprie  
 est Apostolatus seu legationis munus. Adeoq;  
 illorū munus nō erat ordinariū: legatis enim  
 nulli succedūt per electionē eorū ad quos le-  
 gati mittūtur, atq; adeo nec lege aliqua aut iu-  
 re successionis, sed solum si de nouo aliquis à  
 principe mittatur. Imo si qui ex Apostolis Ep-  
 iscopatū ordinariū habuerint, illum non nisi  
 si in certā dicecesin nec sine ordinatione Petri  
 acceperunt. Nam Clemēs Alexandrinus apud  
*Eusebium libro 2. histor. cap. 1.* ait Iacobum m-  
 norem à Petro, Iacobo & Ioanne ordinatum  
 esse Episcopum Hierosolymorum. Vide  
*Hieron. de viris illust. in Iacobo.* Et Anacleto  
 quat



quartus post Petrum Romanus Pontifex ep. 2  
ait: Eiscopum debere ordinari à tribus Epif-  
copis sicut Iacobum minorem ordinauerunt  
Episcopum, Petrus, Iacobus & Ioannes. Sic  
Paulus qui Apostolatus munus accepit *non ab  
hominibus neque per hominem sed per Iesum  
Christum.* Gal. 1. nihilominus. Act. 13. 3. per  
manuum impositionem videtur Episcopus  
ordinatus esse à fratribus. Atque hinc est  
quod singuli Apostoli (excepto Petro) in E-  
piscopatu suo successores habuerint Episco-  
pos seu pastores non omnium Christi ouium  
absolutè, sed tantum in certa diœcesi aut pro-  
uincia: sicut etiam ipsi suo tempore varios  
ordinauerunt Episcopos solum cum limitata  
iurisdictione ad certam ouium portionē. Sic  
B. Paulus Act. 20. 28. monet pastores Ephe-  
sinos: *Attendite vobis & vniuerso gregi: Non  
simpliciter, sed in quo vos Spiritus S. posuit E-  
piscopos.* Sic & B. Petrus epist. 1. cap. 5. 2. monet  
diuersarum Ecclesiarum presbyteros: *pascite  
QUI IN VOBIS EST gregem CHRISTI.*  
Christus verò Dominus vtique pastor pri-  
marius omnium fidelium id est, totius Eccle-  
siæ, non dixit Petro pasce istas aut illas oues,  
quibus te præfeci: sed absolutè; *pasce agnos &  
oues MEAS:* id est, tu gere in absentia mea cu-  
ram *mearum ouium & agnorum,* id est & eorum  
qui mihi prædicatione sua filios generabunt  
eosque lacte doctrinæ pascent; & eorum qui  
*ab his fuerint generati.*

Quare

Quare cum omnes qui sunt in Ecclesia sint vel oves, vel agni Christi, nullus erit in Ecclesia qui Petrum vel in se vel in successoribus eius pro pastore recipere noluerint. Secundo confirmatur hæc doctrina ex Matthæi. 16. 18. vbi cum Petrus præclaram illam fidei suæ de Christi diuinitate professionem edidisset, Dominus ipsi pro honoraria mercede hanc pastorem dignitatem promittit verbis & sensu item apertissimis, scilicet in notissima metaphora fundamenti in ædificio & clauium ad aperiendam domum. Ait enim Euangelista: *Respondens autem Iesus dixit ei: Beatus es Simon Bar-ionna quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus qui in cælis est. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & porta inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni cælorum: & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.*

Plerique hæretici ministri superioris pastoris impatientes ideoque successores Petri extremo odio prosequentes, suauissima huius loci violentia ad humilitatem tracti, ex renitendi pertinacia, tanquam in furiam acti, non tantum Romanos pontifices sed & ipsum B. Petrum blasphemijs aggrediuntur, illos Antichristos nominant, huius vero uaria & enormia scelera & peccata impiè comminiscuntur.

miniscuntur. Sic Magdeburgenses centurarios *Conturia* 1. lib. 2. cap. 10. quindecim B. Apostoli peccata tradunt. Quod autem hoc ex merito odio in Petri vniuersalem pastorum fecerint, ex eo patet, quod non nisi duos eosque vltimos enumerent eius lapsus quos post pastorem curam à Domino acceptam admiserit. Quid enim? licet ante fuisset Simon Ioannis omnium hominum flagitiosissimus, numquid Deo difficile est, eum facile mutare in virum alium, vocare & facere Cepham, id est, Petrum & Petram seu firmissimam rupem quæ hæreticorum blasphemias facile contemnat? Quis dubitat? Ita enim & Christus ei promisit, & experientia docet. Itaque prius ex duobus vltimis Petri peccatis dicunt fuisse curiositatem ex qua de Ioanne Apostolo rogauerit Dominum: *Hic autem quid?* Nam & ideo à Domino (aiunt) reprehensus fuit, dicens: *Quid ad te? tu me sequere.* Esto, fuerit curiositas, fuit tamè ex amore erga fratrem profecta, sicut hæc obiecto ex Magdeburgensium erga suum pastorem odio.

*Ioan.  
vult.*

Nec ideo Petra hæc vacillauit in fide. Fate-  
mur enim in moribus & vita aut etiam opi-  
nionem quæ propriam Petri & successorum  
eius personam concernunt, non esse his Chri-  
sti verbis promissam rupis soliditatem, sed  
solum in docendi officio pastorali. Nam &  
Nathan propheta priuata opinione de-  
ceptus

ceptus consensit regi Dauid vt Deo templum  
 ædificaret; dissensit tamen postea cum in dicitur  
 personam prophetæ diceret: *Hac dicit Dominus  
 exercituum. &c. 2. Regum. 7.* Ex quo etiam re-  
 spondetur ad posteriorem lapsum B. Petri  
 quod Antiochiæ non ambulauerit ad verita-  
 tem Euangelij, ita vt à B. Paulo fuerit publicè  
 reprehensus. Esto fuerit hic quedã Beati Apo-  
 stoli in subito, & dubio casu, quid potius age-  
 ret, hæsitantia, & in eligendo imprudentia,  
 certe doctrina eius de Euangelij libertate, fir-  
 ma erat & rupis instar solida, vt patet vel ex  
 eodem cap. 2. ad Gal. vbi liberè cum gentibus  
 edebat quamdiu putabat se id sine scandalo  
 Iudæorum posse facere. Superuenientibus  
 autem ex improviso Iudæis dicant nobis olo-  
 res Beati Petri, quid ei suafissent vt faceret,  
 nisi iam à B. Paulo quid faciendum ei fuerit  
 didicissent. Certè patet quod etiam ipse Apo-  
 stolus Paulus in gratiam Iudæorum sæpe li-  
 bertatem Euangelicam dissimulauerit. *Act. 16*  
*3. 1. Cor. 9. 19.* & idem alios docuerit *Ro. 14.* vbi  
 autè & quando ex dissimulatione fiat simu-  
 latio, quæ reprehensibilis est, docet diuinitus  
 inspirata prudētia quæcūq; voluerit. Sicut in  
 hoc casu docuit Paulū & per eum admonuit  
 Petrū id quod etiã in similibus casibus Petri  
 successores eius exemplo discūt, & debēt fer-  
 re non minus patienter & humiliter quam  
 fratribus eorum Cardinalibus & Episcopis

fid liberum est facere reuerenter. Manet in-  
 terim Petrus in doctrina pastorali infallibilis  
 petra, quod hic ipsi promissum est ab eo, qui  
*potens est facere quod promisit.* Nam quod ad-  
 uersarij hic nodum in scirpo quærant, ob di-  
 stinctionem generis fœminini à masculino, ni-  
 hil officit: tam enim  $\pi\acute{\epsilon}\tau\rho\varsigma$  quam  $\pi\acute{\epsilon}\tau\rho\alpha$  Græcè  
 significat saxum seu rupem; Constat. n. Petrum  
 ab initio hoc nomen non habuisse sed à Chri-  
 sto illud accepisse Ioan. I. ubi cum primo Pe-  
 trus à fratre suo Andrea adductus esset ad  
 Dominum; ait Euangelista: *Intuitus autem*  
*eum Iesus, dixit: Tu es Simon filius Iona: tu voca-*  
*beris Cephias, quod interpretatur, Petrus.* Itaque  
 Dominus non usus voce græca, *Petrus*, sed  
 Hebræa seu Syriaca  $\text{קֶפֶה}$  *cepha* quam certum  
 est saxum seu rupem significare, & patet Ierem.  
 4. 29.  $\text{וְרִבְּעִים עָלַי}$  & *in rupes ascenderunt &*  
*passim in textu Syriaco.* Dixit ergo loco cita-  
 to Dominus: *Tu es Cephias & super hoc cepha adi-*  
*ficabo Ecclesiam meam.* Quod græcè congrue  
 vertitur vocibus *petrus* vel *petra* idem signi-  
 ficantibus, & commodius nomen masculinū  
 tribuitur personæ; ad explicandam autem meta-  
 phorā ex ædificij fundamento desumptā, cla-  
 rius usurpamus nomen  $\pi\acute{\epsilon}\tau\rho\alpha$ , quod pro no-  
 mine proprio nō potest tā facile sumi quā ma-  
 sculinū  $\pi\acute{\epsilon}\tau\rho\varsigma$ . Si autem hæc nomina latinè ver-  
 tantur, dixit Christus: *Et ego dico tibi, quia*  
*tu es rupes, & super hanc rupem adificabo*  
 Ecclesi-

Rom. 4

211

*Ecclesiam meam* vbi causa datur quare Dominus nomen *Simonis* mutauerit in nomen *Cepha*, sicut angelus Domini Matth. 1. 21 dicit de Domino nascituro: *vocabis nomen eius Iesum quia se enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Numquam enim Deus alicui nomen dedit, multò minus mutauit, cui datum nomen ex significatione non competeret, quod patet in *Abraham, Sara, Israel* &c. Itaque intoleranda est insanix quod quidam audeant comminisci Christum cum diceret: *& super hanc Petram edificabo &c.* demonstrasse semetipsum atque hoc non dixisse de Simone Petro. Nec refutatione opus esset nisi simplices quidam præcepto per impiorum istorum blasphemias in Romanum Pontificem graui odio, quidam potius credendū sibi esse existimarent, quam quod Romani pontificis oues esse debeant. Docet Teelingius in *Eubulo suo c. 19. sect. 4. & 5.* quædā S. Scripturæ testimonia tam esse clara vel ex ijs tam euidenter veritatem colligi, vt licet quis contradixerit, tamen reuera pro contumaci & ἀυτοναυαυπιτος sit iudicandus. Exemplum ponit illud Matth. 26. vers. 27. *bibite ex eo omnes.* Ex hoc dicit omnes qui spiritus contradictionis aut præiudicio excæcati non fuerint, facile colligere Christum mandasse *omnes*, qui ad mēsam Dominicam accesserint non solum sub panis; sed etiam sub vini specie Eucharistiam percipiant. Sed si quis le-

gens quod addit S. Marcus 14. 23: & biberunt  
 ex eo omnes, sciensque quod recubuerit Domi-  
 nus cum solis duodecim Marci 14. 17 Luc. 22. 14  
 quos ibidem fecit Sacerdotes: si, inquam, pri-  
 us omnes per posterius omnes putauerit explicā-  
 dum, numquid magis censebitur <sup>αυτοιακτακριτος</sup>  
 seu proprio iudicio condemnatus, quam is  
 qui dicente Christo tu es **Κεφα** (cepha) & super  
 hoc **Κεφα** edificabo Ecclesiam meam, posterius vo-  
 cabulum non ad eundem ad quem prius re-  
 ferendum esse dixerit? Quis mortalium, etiam  
 Iudæus vel Turca, hos commentatores non  
 cæcitatæ & contumaciæ argueret? præsertim  
 cum nihil habeant in aperto nostro sensu  
 quod inconuenientiæ aut impossibilitatis ar-  
 guant, sed beneficium hic detur Ecclesiæ vel  
 maximè necessarium, vt patet ex ijs, quæ ha-  
 ctenus diximus. Nam quod dicant hoc Ca-  
 tholico intellectu Petrum statui Ecclesiæ fū-  
 damentum, idque pugnare cum verbis Apo-  
 stoli 1. Cor. 3. 11. *fundamentum aliud nemo po-  
 test ponere præter id quod positum est, quod est Iesus  
 Christus*: contumaciam suam & cæcitatem fu-  
 tili & stulto argumento magis produnt. Nos  
 enim nequaquam negamus Christum Domi-  
 num esse verum summum & primum funda-  
 mentum, nec dicimus pro eo Petrum hic po-  
 situm esse Ecclesiæ fundamentum, sed dici-  
 mus cepham esse rupem seu lapidem in funda-  
 Y  
 mento

Ls. 28. 16.

mento imo, id est, in Christo, *fundatum* tam firmiter, vt totam Ecclesiæ fabricam influxu Christi sustineat. Et quid mirum sic cephan posse vocari fundamentum Ecclesiæ, cum etiam Prophetæ & cæteri Apostoli expresse vocentur fundamenta fidelium & Ecclesiæ. *Ex secundo vers. 20. & Apocal. 21. 14.* Similiter non officit quod quidam per *petram* intelligat fidem seu confessionem Petri. Nam & nos sic intelligimus, vt Petrus quatenus homo primus, non sit vocatus *petra*, sed quatenus accepturus in pastoratu suo inuiolabilem fidem. Si autem aduersarij velint fidem seu professionem Christianam non quatenus Petri est, sed quatenus absolute sumitur, dictam esse *petram*; iterum, vt ante diximus, violenter posterius ~~non~~ à priori separare & alio torquent. Et certè, iam erat omnino & fuerat fides de diuinitate Christi in B. Virgine, Iosepho, Ioanne Baptista, Petro, aliisque discipulis, in Prophetis quoque fuerat, in Elizabeth, Zacharia, Simeone &c. ergo si fides dici posset fundamentum vel *petra* Ecclesiæ, debuisset Christus dixisse & super hanc *petram* *edificauit* Ecclesiam meam: nunc autem dicit *edificabo*. Denique quomodo aduersarij audent dicere super fidem veram ita fidei datam esse Ecclesiam, vt portæ inferi contra eam non possint preualere, cum passim militent aduersarij?



aduersus inferi portas Ecclesiam à fide posse excidere? certe sic ædificium & fundamentum simul rueret; & portæ inferi triumphum canerent: vt sæpe ante victoriam aduersarij nostri faciunt, vel facere saltem videri volunt, vt simplices decipiant. Non mirus clara sunt verba alterius metaphoræ de *clauib. regni calorum* id est, Ecclesiæ: per eas enim significatur, quod communiter significari solet cum cuiuspiam ciuitatis claues principi alicui traduntur, scilicet regimen ciuitatis ipsi tradi, vt possit absque vllius contradictione præfecturam suam ibi exercere. Sic principaliter Christus habet claues Ecclesiæ Apocal. 3. *Hac dicit sanctus & verus, qui habet clauem David, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.*

Has ergo claues Petro Apostolo se cõmunicaturum promisit, ita vt quidquid ipse in Ecclesia clauderet, nemo aperiret, sed in cælo clausum esset; quidquid aperiret, nemo clauderet, sed in cælo apertum esset. Sic sonant verba. Quid volunt hostes clarius? deponant odium; & videbunt.

Porro omnia hæc procedere de officio quodam ordinario, adeoque in quo successio haberi debeat, quis ex dictis non colligat? Nã 1. Officiũ pascendi oues est officium ordinariũ cũ necessariò tam diu maneat quãdiu ma-

nent oues. 2. Cum Christus Petro absolute  
 arum ouium curam seu pasturam commise-  
 rit, oues autem Christi non illæ solæ fuerint  
 quæ vixerunt tempore Petri, sed fideles om-  
 nes vsque in finem victuri, debet Petri pasto-  
 ralis cura ad finem in Ecclesia permanere.  
 Quod cum factum non sit in ipsa Petri per-  
 sona, oportet fiat per alios qui in istam ca-  
 ram succedunt. 3. Cùm Christus Ecclesiam su-  
 am super Petrum fundauerit, id est, Petro po-  
 testatem contulerit Ecclesiam ne corrueret  
 continendi, eamque aduersus inferorum  
 portas defendendi: inferorum autem porta  
 Ecclesiam oppugnare nunquam cessent, oportet  
 ut dicta potestas per mortem Petri Ec-  
 clesie non sit subtracta.

Tertio singulariter infallibilitas S. Petri  
 ut Pastoris ordinarij totius Ecclesie, æque  
 manifestè probatur ex Lucæ capite vigesimo se-  
 cundo. Vbi cum occasione prædictionis Chris-  
 sti de sui prodicione per vnum ex Apostolis  
 mox futura, testificationis quoque de miseris-  
 simo proditoris statu, ipsi conturbati incipe-  
 rent cogitare quis ex omnibus esset à Domi-  
 no dilectissimus, & cæteris prælatus, adeo-  
 ab hac miseria alienissimus; primum Domi-  
 nus appetitum Dominandi compefcit dicens  
*principes gentium dominantur eorum, vos autem  
 non sic.* sicut alias dixerat: *non vocemini magistros*  
 Matth. 23: Deinde docet quam humiliter  
 absq

absque dominandi aut ambitionis affectu ille (Petrus) se debeat gerere, qui cæteris fuerit constitutus ἡγούμενος id est, præses seu præcessor, ut scilicet à se sumpto exemplo, non minus humiliter se gerat, quam si cæterorum Apostolorum minister esset. Nam & ego (inquit) in medio vestrum sum sicut qui ministrat. [Vnde sicut Christus Dominus, ministrando Apostolis, non desit esse eorum pastor & Magister & Dominus sed humilitatis virtute ipsis etiam præesse voluit; sicut item Apostolis non ita magisterium abrogavit, quin Paulus potuerit esse & dici Apostolus & Magister gentium. I. Tim. I. II. sic nec Petro humilitatem iniungendo, pastorum & præfecturam eidem abrogavit.] Mox cæteros Apostolos cõsolatur, ut licet non sint in præfectura maiores, ideo tamẽ non timeant infelicitatẽ quam de Iuda prædixerat: dicens se omnibus, qui sibi in tentationibus fideliter adhæserat, disponere regnũ ut edat, & bibat in Regno suo, & sedeat super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Tũ statim subiugit: Simõ, Simon, ecce Satanas expetiuit vos ut cribraret sicut triticũ: ego autẽ rogavi pro te ut nõ deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus cõfirma fratres tuos. Hic manifeste apparet primo Christum Dominum maiorem Petri quam reliquorum habuisse curam. Quare hoc, nisi quia maius Petri quam reliquorum officium ordinariũ erat futurum; de quo sc. officio ante

Dominus ipsum instuxerat, vt humiliter se in eo gereret. 3. hic quid ex officio isto ipsi incumbat adiungit, sc. vt ipse fratres suos, id est, ceteros Apostolos eorumque successores Episcopos, vel generatim oēs fideles, si quādo vacillauerint, ex suæ fidei soliditate cōfirmet, vt haberet Petrus vnde hoc posset facere, & Diabolo oēs cribrare cupienti, hoc est portam inferni, tanquam firmissima petra resisteret, ait Dominus, se pro ipso Petro rogasse, vt eius fides non deficeret.

Vnde patet (nisi quis audeat dicere, Christum Dominū à patre suo, atq; adeo à semetipso vt Deo exauditum non fuisse, contra illud expressum ipsiusmet testimonium Ioa. 1. 42. *ego autem sciebam quia semper me audis &c.*) Petrum infallibilitate fidei donatum esse. Verò hæc quæ retulimus Petro dicta esse non quatenus priuata erat persona à cæteris Apostolis æquali potestate distincta, facile appareret ex litera. Data enim ei dicitur infallibilitas fidei in eum finem, ne Diabolus omnibus Apostolis, id est, toti Ecclesiæ præualeret, sed vt esset vnus omnino insuperabilis, qui ceteros posset cōfirmare. Itaq; præcipua causa cur hæc oratio à Christo Patri oblata fuit, erat, non personale periculum Petri, sed commune periculum totius Ecclesiæ. Cū igitur Petro fundetur fidei infallibilitas, qua toti solidari possit Ecclesia, patet hoc Petro esse dictum.

dicta quatenus erat vel aliquando futurus erat pastor agnorum & ouium CHRISTI. Præterea Ioan. 17. patet CHRISTVM. DOMINVM, paulò post hæc verba, orasse pro omnibus Apost. *vt sint sanctificati in veritate, & vt sint cõsummati in vnũ.* ad quod saltẽ (secundum Contra-Remonst. & antiquiores Germaniæ & Belgij reformatores) in defectibilis requiritur fidei perseuerantia. Cùm ergo Dominus ibi personalem fidei soliditatem omnibus, etiam B. Petro impetrauerit, quid est, quod apud S. Lucam solũ pro Petro se orasse dicat ne fides eius deficeret, nisi quod Pastoralement Petri dignitatem de necessarijs prouidere charismatibus voluerit? Ex his itaque omnibus hæc fit certissima conclusio: *Petrus vt ordinarius vice Christi Ecclesiæ visibilis Pastor, fidei infallibilitate à Deo donatus fuit, habens, ex potestate clauium regni calorũ, auctoritatem puniendi armis potentibus Deo, omnes qui in Ecclesiam admissi, doctrinã suam, hoc est, verbi Diuini explicationem & propositionẽ, recipere noluerint.* Hinc breuiter ad Romanos Pontifices (frustra ad exemplum & prædictionem summi Patris familias Christi Domini, toties à reformatoribus & Euangelicis nostris ministris, legis peritis scilicet & scribis, Beel-sebub & Antichristinominibus insignitos) hoc modo fit transitus:

## Propositio V.

**R**OMANVS PONTIFEX succedit B. Apostolo Petro in prædictam iudicandi potestatem

Hæc propositio omnib. hæreticis vt mortifera ita odiosissima, euidenter probatur primo ex dictis in propositione quarta. Nā probatum ibi est ex iure diuino, necessariò aliqui Petro succedere, qui oues Christi, id est, fideles omnes eadem, qua ille, potestate pascat, id est, regat, gubernet, doceat, à portis inferi, infidelium scilicet & hæreticorum insultibus & vafricie defendat; ac in dubijs omnibus fratres corroboret & confirmet. Certum autem est hæc fieri non posse in angulo aliquo obscuro, quem nulli fratrum aut ouium notum habeant. Sed quicumque hoc officio fungitur receptus debet esse ab ouibus ijsque notus. Vnde sequitur clarè neminem succedere B. Petro in prædicta pastoralis cura, quem nulli fidelium pro tali successore Petri agnoscunt aut recipiunt, qui que se ipsum pro tali pastore ouibus non offert. Hæc omnia sicut necessaria consequentia deducuntur ex principijs fidei, in superiori propositione adductis, in fide tenenda sunt omnino. Nunc autem certum est per experientiam & continuam Ecclesie traditionem, neminem esse aut fuisse vnquam qui vel Ecclesie se pro tali successore B. Petri obtulerit, vel ab Ecclesia pro tali agnitus aut receptus sit, præter Romanum Pontificem legitime

gitimè electum] Excludo nunc Pontifices  
 schismaticos qui dixerunt, se legitimè electos,  
 cum reuera non essent] Cum autem & concors  
 totius Ecclesiæ traditio ita propositionem  
 quamlibet de fide tenendam esse probet, vt  
 hæretici alia ratione nulla probare possint. S.  
 Matthæi euangelium cæterosque S. Scripturæ  
 libros verè esse à Spiritu S. inspiratos, & non  
 vel à sycophanta confictos, vel ab hæreticis  
 deprauatos: Et totius mundi experientia ló-  
 gè maiore arguat rei cuiusuis certitudinem,  
 quam particularis cuiusdam Lutherani aut  
 Calvinistæ experientia solum ipsum certum  
 potest reddere, quod fidem ipse iustificantem  
 de facto possideat: mirari non possunt nostri  
 aduersarij, si propositionem hanc nostram tã  
 esse dicamus de fide, quàm quod aliquod in  
 Ecclesia extet Verbum Dei scriptum; & longè  
 maioris esse certitudinis, quàm quod ipsarum  
 aliquis credat sibi per Christum remissa esse  
 peccata: Præsertim cum fide constet, portas  
 inferi aduersus Ecclesiam nunquam præuali-  
 turas, id est, falsa à diabolo per hæreticos in-  
 spirata dogmata nunquam ab ea acceptanda  
 aut ad posteros transmittenda esse: in experi-  
 entia autem ista singulis hæreticorum propria  
 multos falli indies ac decipi, ipsimet clami-  
 tent. Verbo dico:

Romanum potificem & alium neminem  
 succedere B. Petro in vniuersali Ecclesiæ cura  
 Y 5 vidit

vidit & agnouit eadem quæ Petrum sibi per mortem eripi conspexit Ecclesia: Idem hoc credidit, sensit & docuit illa Ecclesia quæ aduersarij veram fuisse Christi sponfam negare, quantumuis sint impudentes, non audent. Credidit, inquam, sensit & docuit hoc Ecclesia illa tota cuius mēbra se esse professi & gaudi sunt Sancti *Augustinus, Hieronymus, Chrysostomus, Ambrosius, Athanasius, Basilius, Gregorius, Prosper* & cæteri quorum sanctitatem ita eorū scripta spirant, ita miracula, quæ de se mutuo ipsi conscripsere, testantur; vt pessimi eorum hostes, id est, nostri temporis hæretici vbi vel à primo limine eorum libros inspexerint, velint nolint ad venerationem compellantur. Tota dico ista Ecclesia, nemine vel dubitante vel contradicente, hanc nostram propositionem tenuit. Imo ante horum temporum audacissimos Romanæ Ecclesiæ quosdam perduelles, nulli vnquam hæretici prioribus sæculis successionem Romani pontificis in sedē B. Petri negasse reperiuntur. Quin & ipse Lutherus implacabilis & impotentissimus hostis Romani pontificis in disputatione sua *Lypfæ* cum *Eckio* habita fassus est Petrum Romæ Ecclesiā cōstituisse; vt refert causidicus ipsius Lutheri *Ioannes Sleidanus sub finem libri primi*. Et alibi sæpius in scriptis suis id Lutherus profitetur. Sic in resolutionibus quarundam propositionum hoc modo discurret. *Primum quod*



me mouet Romanum pontificem esse alijs omnibus (quos saltem nouimus se pontifices gerere) superiorem; est ipsa voluntas Dei quam in ipso facto videmus. Neq<sup>3</sup> enim absq<sup>3</sup> voluntate Dei in hanc Monarchiam venire vnquam potuisset Romanus pontifex, &c.

Item in declaratione quorundam articulo- rum:

Quod Romana (inquit) Ecclesia à Deo sit præ alijs omnibus honorata, non est dubium. Ibi enim SS. Petrus & Paulus. quadraginta sex Romani Pō- tifices & tot centena millia Martyrum sanguinem suum fuderunt &c. Hunc magistrum vt in alijs mendacijs ita & in hac veritatis confessione imitatus Martinus Bucerus, in Præparatorijs ad Concilium. Ingenuè, inquit, confitemur, apud veteris Ecclesia Patres Romanam Ecclesiam præ ceteris primatum obtinuisse, vt quæ Cathedram D. Petri habeat &c.

Caluinus quamuis sæpe rem studeat dubiã & incertam reddere; tamen lib. 4 instit. cap. 6. §. 15. Propter scriptorum consensum, inquit, non impugno quin illic (Romæ) mortuus sit (Petrus) sed episcopum fuisse, præsertim longo tempore, persuaderi nequeo. Nimirum argutior Luthero Caluinus à successore B. Petri damnatus videri nolebat. Tamen, velit nolit, hanc notam oportet ferat: Nec rem certissimam ipse dubiã vnquam reddet. Adeo enim & annus & dies ipse erectæ Romanæ per Petrum cathedræ in  
primi-

primitiua Ecclesia celebratus est, dies inquam decimus octauus Ianuarij, Claudij Imperatoris anni tertij; vt & orientales & occidentales Ecclesie anniuersaria memoria diem istum festiuum habuerint, vt antiquissimarum Ecclesiarum ritualia, sermones Patrum eo die habiti & vetustissima Martyrologia testatum faciunt.

Vnus prodeat, qui apud Aduersarios nostros instar erit fortassis omnium, Augustinus Epistola centesima sexagesima quinta sic ad Generosum scribens: *Si tibi Angelus e caelo diceret, dimitt e christianitate orbis terra & tene partes Donati* [nunc diceret Lutheri, Caluini, Armini] *cuius ordo tibi exponitur in epistola Episcopitua ciuitatis, anathema esse deberet: quate a toto pracidere & in parte contrudere conaretur, & alienare a promissis Dei. Si enim ordo Episcoporum sibi succedentium considerandus est, quantu certus & vere salubriter ab ipso Petro numeramus, cui totius Ecclesie figuram gerenti Dominus ait: super hanc petram adificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non vincent eam. Petro enim successit Lino, Lino Clemens, Clementi Anacletus, Anacletu Euaristus, Euaristo Alexander, Alexandro Sixtus, Sixto Thelesphorus, Thelesphoro Iginus, Iginu Anicetus, Aniceto Pius, Pio Soter, Soteri Eleutherius, Eleutherio Victor, Victori Zepherinus, Zepherino Calixtus, Calixto Urbanus, Urbano Pontianus, Pontianu Antherus, Anthero Fabianus, Fabiano Cornelius,*

*Cornelio Lucius, Lucio Stephanus, Stephano Xistus  
 Xisto Dionysius, Dionysio Felix, Felici Eutyhianus,  
 Eutyhiano Gaius, Gaius Marcellinus, Marcellino  
 Marcellus, Marcello Eusebius, Eusebio Miltiades,  
 Miltiadi Syluester, Syluestro Marcus, Marco Iulius,  
 Iulio Liberius, Liberio Damasus, Damaso Siricius,  
 Siricio Anastasius. In hoc ordine successionis nullus  
 Donastita [ nec Calvinista ] episcopus reperitur. &  
 paulo post: In illum autem ordinem Episcoporum  
 qui ducitur ab ipso Petro vsque ad Anastasium, qui  
 nunc eandem cathedram sedet, etiam si quisquam  
 traditor per illa tempora subrepisset, nihil praeiudi-  
 caret Ecclesiae & innocentibus Christianis, quibus  
 Dominus providens ait de propositis malis: *Qua di-  
 cunt facite, qua autem faciunt facere nolite, dicunt* *Matt. 23*  
*enim & non faciunt.* Haec tenus Augustinus, cu-  
 ius post eum libros ferre se dignum non esse  
 fateri videtur VVilhelmus Teelingius. De  
 caeterorum pontificum in eadem Romana se-  
 de successione vsque ad hunc modum Ecclesiae  
 vigilantissima pastoralis cura praesidentem  
 Paulum V. res notior est quam ut opus sit hic  
 recensere etiam vulgo. Anastasio enim succes-  
 sit Innocentius, Innocentio Sozimus, Sozimo  
 Bonifacius &c. De quorum auctoritate quo-  
 modo S. Augustinus scripturas sacras intellex-  
 erit, legere non fastidiet [ quicquid obganniat  
 Teelingius ] quicumque semetipsum non mi-  
 nus hominem & errori obnoxium, quam vi-  
 ros illos quorum sanctitatem Deus etiam ho-  
 stibus*

stibus

stibus testatam fecit, meminerit. Sic ergo quod  
 seipsum agnouerit, legat eiusdem Augustini e-  
 pistolam nonagesimam cum tribus sequen-  
 tibus & centesimam sextam. Vbi Augustinus  
 & cæteri Aphricani Episcopi & conciliū Car-  
 thaginense Innocentio Romano pontifici cō-  
 firmandum offerunt, nihil minus honoris e-  
 tribuentes quam ab vllis Catholicis modo  
 Paulo V. tribuitur, & ex Mileuitano concilio  
 eundem ei honorem deferunt. Attendantque  
 lector quid ibidem Innocentius responderit, &  
 quid de eius responso senserit Augustinus dū  
 epistola centesima sexta ad Paulinum sic scri-  
 bis: *Missæ sunt itaq; de hac re ex duobus Concilijs  
 Carthaginensi & Mileuitano relationes ad Aposto-  
 licam sedem &c. & paulo post: Scripsimus etiam  
 ad beatæ memoriæ Papam Innocentium, præter cō-  
 ciliarum relationes, literas familiares, vbi de ipsa  
 causa aliquantò diutius egimus. Ad omnia nobis ille  
 rescripsit eodem modo quo fas erat atque oportuit  
 Apostolica sedis Antistitem.*

Hæc de Innoc. Nunc de Sozimo. Epist. cente-  
 sima quinquagesimam septimam ad Optatum sic  
 incipit: *Quamuis &c. tamen illæ (literæ tuæ) me  
 apud Casaream præsentē venerunt, quo nos iniuriā  
 nobis à venerabili Papa Sozimo Apostolica sedis E-  
 piscopo ecclesiastica necessitas traxerat &c. vbi ap-  
 paret quantò reformatoribus nostris humili-  
 or Augustinus agnoscat & excusus sit iniuri-  
 etum sibi à Papa Romano negotiū. Demū de  
 Bonifac*

Bonifacio quid senserit, videantur libri eius contra duas epistolas Pelagianorum ad eundem Bonifacium scripti, ubi in ipso ferè principio sic ait: *Cum vero non desinant [hæretici] fremere ad Dominici gregis caulas, atque ad diripiendast auto pretio redemptas oves aditus vndiq; rimari, communisq; sit omnibus nobis, qui fungimur episcopatus officio (quamvis ipse in eo præmineas celsiore fastigio) specula pastoralis: facio quod possū &c.* Generaliter quoque de ipsa Romanæ sedis præeminentia perpetua, epistola centesima sexagesima secunda sic loquitur: *Vnde non mediocris vtiq; auctoritas habebat [Carthago metropolis Africæ] Episcopum, qui posset nõ curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret & Romana Ecclesia in qua semper Apostolica cathedra viguit principatus, & ceteris terris vnde Euangelium in ipsam Africam venit, per communicatorias literas esse coniunctum.* Huiusmodi itaque sunt errores in quos antiqui sanctissimiq; Patres nostri inciderunt. Hæc sunt ob quæ Teelingius fatetur lectionem S. S. Patrum reformatæ suę religioni exitio futuram. Hic ille est Augustinus, quem vnum ex omnibus Patribus suum, aliqui sortis reformatæ homines mendacissimi audent vocitare.

Ideo ego hunc vnum ratus sufficere, à plurimum citandis testimonijs abstinere hic decreueram. Verùm quoniam inter aduersarios adeo

adeo

adeo nonnulli impudenter sunt impudentes, ut ipsi iam sub mundi finem prodeuntes totam antiquitatem audeant mendacij vel craftissimæ ignorantix in re facti quæ ad experientiam spectat arguere, ac confictis quibusdam ex stultissimo cerebro ratiunculis, incaute plebi & imperito vulgo persuadere conentur, accessum Petri ad Romanam urbem in primitiua Ecclesia incertum & dubium fuisse habitum, nunc vero falsum & impossibile se fuisse demonstratum: de consilio quorundam amicorum latius paulo tractanda hæc suscepit, idque eò libentius quia non inter vulgares tantum Reformatorum prophetas, sed & inter ipsos Doctores, si Dijs placet, & Theologiæ professores inueniuntur, qui manifestis rationibus probare se glorientur S. Petrum Romanam nunquam fuisse. Venit enim nuper ad manus meas *Hermāni Rauenspergeri Doctoris & Professoris* in Groeningensi Academia Theologiæ *HORTVS THEOLOGICVS pro deponenda Tirocinio publici vsus & commodi factus in genere duce: studio comite.* Quem sane librum quisquam tempus super est, non minori Ratione in pluribus nigro Iudicij theta notare posset, quam ab hoc authore Hugonis Grotij scripturæ de satisfactione Christi notatum ac iudicatum est. Ut hortus hic, si non fructu, saltem nominibus suarum partium studiosis placeat, Præfationem ex tribus eius partibus *Vinetum*; alio

alteram Rosetum, tertiam Lilietum inscripsit  
 Author. Nomina certè Monachorum & Mo-  
 nialium nostrorum exercitijs magis vt ac-  
 commodata ita & vsitata, quam grauium Do-  
 ctorum tractatibus Theologicis. *Quinimo*  
*ultimum & optimum* Vineti sui *syntagma* Gem-  
 mam appellat Theologicā. Sterilis profecto  
 vinea, cuius vltimum & optimum, gemmæ.  
 Potros solent promittere vineta dum gēma-  
 cunt. Quando ergo Rauens pergeri hoc Vine-  
 tum quos promittit botros dabit? Nunquam.  
 præter gemmas enim nihil potest melius, ni-  
 hil dat vlterius. Ad Rosetum si accedas, vnam  
 inter ceteras inuenies rosam inaudito prorsus  
 & horrendo Samsonis Rediuiui nomine in-  
 signitam. Equidem longè melius ex nostris  
 quidam monachus in *Roseto* suo *spiritualium*  
*exercitiorum* proprietates rosarum ex ijsque  
 desumptas metaphoras suo quod tractat ob-  
 iecto applicauit. Quid robusto militi cū ro-  
 sis? Nisi forsan Rauenspergerus Samsonem  
 nobis hic repræsentare velit in sinu Dalilæ  
 voluptati molliter operam nauantem, atque  
 ab irruentibus super se philistæis oculorum  
 lumine spoliatum. Certè cæcum hic agit Ra-  
 uenspergerus dexterè; an ob amorem Dali-  
 læ cuiusdam orta sit hæc cæcitas, ipse noue-  
 rit. Conatur hic homo hac sua rosa tamquam  
*euidenti & sufficiens demonstratione conuellere*  
*pronunciat am illud Papisticum, quod Petrus post*  
 Z Chri-

*Christi ascensionem Romam venerit ibidemque docuerit. vt hoc Ecclesiæ Romanæ fulcro collapso, totum pariter ruat ædificiū. Sed vt artea vinetum botros, ita hic Rosetum pugna promittit frustra. Primus Rose huiusmodi hoc conficitur argumento:*

*Quicquid ex S. Scriptura nec directe per se verbis, nec indirecte vi legitima certaque consequentia potest probari; id pro articulo fidei non habendum, nec cuiquam obtrudendum. Atqui Petrus Romæ fuisse, ibidemque docuisse non potest &c. v. go. &c.*

Respondeo, hic Rauenspergerum oculis esse priuatum. Non enim videt neque Maiorem (prout ipse eam intelligit) neque Minorem quicquam habere veritatis. Si enim Maior, vt ab ipso capitur, vera sit; quis nostrum tenebitur credere, Sanctum Matthæi Euangelium verè esse ab ipso Apostolo & non à falso quodam nebulone conscriptum, sicut falsa circumferuntur Sancti Thomæ & aliorum Apostolorum nominibus inscripta euangelia. Nunquã certè pro vilo scripturæ libro ipsa Scriptura testimonium, vel directum vel indirectum habere Rauenspergerus poterit. Nisi forte inter indirecta scripturæ testimonia etiam ponat infallibile Ecclesiæ iudicium. Cum enim S. Scriptura docet *portas inferi aduersus Ecclesiam non preualituras*, infallibiles nos consequentia inde deducimus, Ecclesiam

erra-



errare in fide non posse, adeoque traditiones eius falsum nunquam continere. Atque ita in sensu nostro, Maiorem Rauenspergeri admittimus; in sensu vero ipsius qui Ecclesie infallibilitatem & traditionum reuelatam veritatem ex scriptura probari non admittit, falsam eam esse demonstrauius. Minorem verò simpliciter etiam in sensu Rauenspergeri falsam esse; Patet ex fine prioris Epistolæ ipsius Sancti Petri; vbi scribit: *Salutem vos Ecclesie qua est in Babylone collecta*. Hinc enim infertur S. Petrum scripsisse Epistolam istam in Babylone. Per Babylonem verò intelligitur ibi vrbs Roma, sicut in Apocalypsi sæpius, eo quod sicut olim Chaldæorum Babylon, ita tunc Italorum Roma esset & vrbs monarchica & confusione idololatriæ ac peccatorum plena. Et præsertim seruebat tunc Petro nomen illud, ne ex epistola ista persecutores eius eum Romæ degere intelligerent. Respondet Rauenspergerus, per Babylonem intelligi ibi urbem quandam Aegypti, quæ nunc Cayrum dicitur.

Sed hic iterum exoculatus noster Samson non videt se à fratribus suis sex prædicantibus Dorderacensibus hæresios damnari. Docent enim illi S. Scripturam intelligendam esse secundum traditionem seu explicationem Maiorum, & hæreticos esse qui proprii sui ce-

z z

rebr

rebri explicationem contra communem Ecclesie sententiam defendunt. vt videmus per ma parte, Anno 1612. & 1613. Omnes veterum antiquæ Ecclesie Patres qui locum illum Sancti Petri explicant, per Babylonem Romanam intelligunt, nemo autem aliam quamcunque ueritatem. ergo &c.

Secundus ictus Roseus verborum folijs inuolutis ampullis breuitatis studio mole- stus, hoc habet succi: *In scriptura continetur accurata topologia, id est, series omnium locorum in quibus Petrus est profectus. In hac autem accurata topologia nihil habetur de profictione Romana ergo hac non est ponenda.*

Sed hic Samson noster ita ridicule cecum agit vt in se ipsum fortiter impingat. Subdit enim ipse paulo inferius: *Quorsum vero ( Petrus opus Angeli ex Herodiano carcere liberatus) commo- grauerit, non ita liquidè manifestum est. Quid mihi Rauis pergere? Quid tã hostiliter percussus est qui modo dixerat topologiam B. Petri, & quæ accuratam in sacris literis esse descripsit. Tu Doctor sacras literas non inspicias, vt locum hunc, ad quem Petrus ex carcere se contulit, accurate descriptum legas? Cur saltem non obscure & probabiliter vllum locum nobis ex S. Scriptura promissis? Nihil enim locorum nominas. Solum dicis: Certe Roma non fuit, quæ latere voluit. Sed an hic ictus Samsonis? Vnde latere quis melius potest, quam in vrbe maxime*

ima & simul populosissima? Pergens ver<sup>o</sup>  
 Roseus noster Samson in sua *topologia*, ait Pe-  
 trum postquam ex Concilio Hierosolymita-  
 no Antiochiam venit, *longū confecisse iter ver-*  
*sus Babyloniam Aegypti, vbi primam suam conscrip-*  
*sit epistolā.* Et mox subdit: *Quis est qui non videat*  
*accuratā esse topologiam sacrā?* Respōdeo. Quis  
 est qui non videat impudentiam huius ex-  
 cæcati Hortulani? qui in S. Scriptura se videre  
 dicit, quod in ea descriptum non est? Nusquā  
 enim scriptura ait Petrum in Babylonia Ae-  
 gypti fuisse, aut eò profectum esse. Quin poti-  
 us cum Antiochia sita sit in itinere quo Hie-  
 rosolymis Romā seu in Italiā itur; Aegyptus  
 verò ab opposita parte versus meridiem si-  
 tuata, Petrus Hierosolymis Antiochiam ve-  
 niens non Babyloniam Aegypti, sed Italię co-  
 gitasse credendus est. præsertim cum in *Ponto,*  
*Galatia, Cappadocia & Bitinia*, quæ regiones  
 sunt minoris Asiæ (per quam Antiochiā Ro-  
 mam versus iter est) prædicasse Petrum ex eo  
 colligi possit, quod ad regionum istarum fi-  
 deles postea ex Babylone sua epistolam scrip-  
 sit. Certum autem est, Antiochiā per Minore  
 Asiā non esse inter in Aegyptum. Iacet e-  
 nim Antiochia iter Aegyptum & Mino-  
 rem Asiā quasi intermedia. Apage ergo  
 Samson cum tua topologia S. Petri.

Tertius & vltimus Rosei Samsonis ictus est: *Quicumque articulus theologicus-chronologicus cum chronologia sacra nequaquam congruit, humanum est inuentum & falsum articulum dei additamentum. Atqui hic articulus theologicus-chronologicus. S. Petrum post Christi in calumnia-  
cenfionem fuisse & docuisse Roma, cum chronologia Sacra nequaquam congruit. Ergo &c.*

Inde vt Minorem probet, seriem quendam annorum texit à Conuerfione Sancti Pauli vsque ad annum Christi septuagesimum; in qua tamen serie integris viginti septem annis, à liberatione Petri ex carcere ne verbum quidem vnum ex sua aut S. S. literarum sententia de Petro ponit, nisi quod Paulus ipsi in faciem restiterit; & tamen absolutà hac gestorum S. Pauli serie, homo hic ita loquitur:

*Etsi nunc cordatus lector vanitati pronuntiat papistici ex hac chronologica computatione iudiciale deprehendet. &c.*

Hic te Rauenspergere compello serio. Non te Theologiæ doctorem & professorem tantæ pudere debet impudentiæ? si fungor & asinos habes discipulos quibus ita tu possis imponere; num cogitare debebas? bro typo, & latino quidè idiomate, expressio ad omniū & in eis ad veritatis studioforū minus deuenire? Non mihi persuadeo ipsum te met existimare quod hoc tuū argumētū vili vel minimam habeat bonæ illationis speciem.

em. Quid enim? Nunquid probandum tibi erat pronunciatum hoc, quod dicit *Petrum post Christi Domini ascensionem Romam fuisse ibidemque docuisse*, cum chronologia sacra nequaquam congruere? An hoc te iam præstitisse existimas? Non credo adeo nihil tibi esse iudicij, ut hoc tibi persuadeas. Quid enim est pronunciatum aliquod cum chronologia sacra nequaquam congruere; nisi temporum seriem ex S. Scriptura depromptam veram esse non posse, si pronunciatum istud verum sit: & contra, pronunciatum verum esse non posse, si series temporum ritè & ex veritate assignata sit? Quid autem? An positâ etiam illa quam tu colligis, chronologiâ sacrâ, an tu, inquam, dicere imo cogitare audes, Petro tempus non fuisse Romam adeundi? An vsquam ponis Petrum toto isto tempore fuisse ab itinere Romano impeditum? Præter reprehensionem eius, quæ Antiochiæ contigit, totis 27. annis, nihil ab eo vel passum vel factum, nusquam eum fuisse detentum promis. Nunquid vidisti ergo, & ante & post reprehensionem istam (quæ ita te delectat ut ex ea sola Petri memoriam seruare videaris) vel centies potuisse Petrum Romam adire? Si vidisti, ut quid ergo contrarium persuadere alijs voluisti? Si non vidisti, quid ergo docere præsumis alios, qui ea quæ pueri videant, nescis

Nōrunt in scholis pueri ridiculum esse  
vix stulto indulgendum argumentum, Si quis  
Deum dicat esse in cælo, & inde inferat: Ergo  
*baculus stat in angulo.* Simile quid prorsus  
hoc tertio tuo argumēto tu, Domine Doctore  
admisisti: Dum enim in expāsa tua tabula  
scribis itinera B. Pauli; concludis Petrum non  
fuisse Romæ. Nunquid bona tibi hæc videatur  
esse consequentia; *Paulus isto anno fuit Corinthi  
vel Ephesi: Ergo Petrus non fuit Roma?*

Porro; quænam tua est Præsumptio quod  
huiusmodi tribus syllogismis ex Bellarmini,  
ni fallor, collectis obiectionibus instructus  
*Samsonem te rediuuium* vocitare audeas? *Tan-*  
*dem ne quicquã,* inquis, *desideretur,* sic porro Assu-  
ptionem tertij syllogismi principalis confirmamus. *Et*  
*neq;* anni perfectionis *neq;* mansionis, neque etiam  
finis vitæ Petrinæ apud Romanos cum calculo recto  
consistunt: sequitur pronunciatũ papisticum; Petrus  
post Christi in cælum ascensionem fuisse & docuisse  
Romæ, cum Chronologia sacra non congruere. *Et*  
verum est primum. Ergo & secundũ. Assumptio-  
nem quoad profectionem probas I. Ex opinio-  
diuersitate, quæ tanta est (inquis) vt quam sequi  
& rucaris nescias. Alij enim perfectionem Petri  
Romanos collocant in annum Christi 43. alij in 44.  
alij in 47. alij in 55. Ad cudendum vero articulum  
dei nonne exacti requirerentur synchronismi &  
harmonia temporum?

Respondeo Argumentationem istam ple-  
nam

nam esse confusione, crassitie & falsitate. Nam  
*primò* non liquet quid intelligas per *calculus*  
*rectum*. An scilicet hic *calculus* idem sit quod  
*Chronologia sacra*, vel quid diuersum. Si enim  
 idem est, totum argumētum fit ridiculum, cū  
 idem probet per idem. Si diuersum, quæro  
 quis sit ille *calculus* *rectus*, & quis eius inuē-  
 tor tantæ authoritatis vt ex illius conuenien-  
 tia aut discrepantia de congruentia cum chro-  
 nologia sacra probatio valida possit institui.  
*Secundo* cum non sit inter nos præsens quæstio  
 instituta de determinato quodam anno quo  
 Petrus Romam venerit; an toto illo tempore  
 quo vixit post Christi Domini Ascensionem,  
 eò venerit: frustra de *annis perfectionis* quasi  
 determinatis sermonē instituis. Idē est de de-  
 terminatis *annis mansionis & mortis Petri*.  
 Licet enim Petrus istis quos tu ponis profe-  
 ctionis eius *annis Romam non venisset*. Alijs  
 tamen adhuc venire potuisset. *Tertio*: cum di-  
 cis ad cudendum articulum fidei exactos re-  
 quiri *synchronismos & harmoniam temporū*  
 nescis quid dicas, nisi dissimules. Quid enim?  
 Numquid *Christum Dominum mortuum esse* tibi  
 est articulus fidei? Tu tamen ipse in hac tua  
*Chronologia sacra exactos synchronismos &*  
*harmoniam in tempore mortis Christi fateris*  
 te non habere. Dicis enim *Christum mortuū*  
*esse à natiuitate anno 33. vel 34.* Imo sunt inter  
 scriptores antiquos qui ponunt annum 30. itē  
 qui

qui quinquagesimum ferè Christum attingisse putant?

Quid ergo tu in articulis fidei harmoniam temporum requiris? Itaque Doctor Theologus scire & alios docere debebas, in rebus credendis non requiri certitudinem dierum aut annorum certorum, nisi ipsa temporis determinatio in obiecto fidei includatur: sicut contingit in articulo resurrectionis Christi; quo *tertio* post mortem *die à mortuis resurrexisset* dicitur. In nostro autè *pronunciato papistico* nullius determinati temporis fit mentio. *Quarto*. Hinc, si oculi tibi sint, videre potes, probationem tuam *ex opinionum diuersitate* desumptam nullius esse valoris. *Quinto*: Quod diuersas esse dicis de tempore profectionis Petri sententias, falsum est. Nullus enim est inter antiquos historicos aut patres qui alio anno Petrù Romanam venisse dicat quam Claudij Imperatoris secundo, qui est Christi Domini quadragimus quartus. Tu vero si quem habes qui diuersum testetur, cur non allegasti? Antibi viderem credamus quod libet asserenti? Sed, credo, Venedalricus Velenus Lutheranus animum tibi tanta audacter diuersas sententias comminiscendi addidit. Citat enim ille primo Orosium, qui profectionem Petri ad Romanos in exordio regni Claudij contigisse scribit. Vnde Velenus vnum Orosium, tu in plurali *quosdam* primum



primum Claudij annum determinasse clamat. Sed frustra. Cum enim Claudius annis regnauerit tredecim, mēſibus nouem, diebus viginti: recte ſecundus annus ad exordium regni pertinere dicitur.

Deinde Velenus cū inter Antiquos neminem inueniret qui ab hoc tempore diſſētiret; ex recentioribus, nullius authoritatis produxit Fasciculum temporum; vbi aduētus Petri in 4. Claudij annum refertur. Sed fasciculus hic minus felici iudicio in hoc puncto collectus est ex Mariano Scoto; qui ſcripſit anno Domini 1083. & in aſſignandis annis vitæ B. Petri in pontificatu Romano apertè ſecum ipſe & cum veritate pugnat: dum ait ſediſſe Petrum in Episcopatu Romano annis viginti quinque & mēſibus duobus; obijſſe autem poſtremo Neronis anno: veniſſe tamen Romam Claudij anno quarto & quidem mēſe iſtius anni quinto. Quod poſtremum cum duobus prioribus non poſſe ſimul eſſe verum patet ex computatione annorum Neronis & Claudij. Nero enim, etiam ipſo Mariano Scoto aſſiſtente, regnauit tantum annis tredecim, mēſibus ſeptem & diebus viginti octo. De annis Claudij paulò ante poſuimus. Vnde patet, in his authoribus diſſenſum à communi ſententia ortum eſſe ex mala annorum computatione. Idem poteſt contigiſſe in Paſſionali de vitis Sanctorum. vbi ponitur Petrus Romam veniſſe

veniſſe

venisse anno XIII. Claudij. Vel fluxisse potest hic error ex secundo Petri aduentu ad Romanos, qui post concilium Ierofolymis celebratū cōtigit. Plures opinionū diuersitates nec Velenus, nec alius, quod sciā, aduersariorum quisquam in hac re produxit. Vbi ergo, mi Rauenspergere, *tanta* apud te *opinionum diuersitas, vt quam sequaris aut tuearis nescias?*

Cæteræ, quas Samson hic adfert, probationes ex dictis solui possunt facillimè: eo solum attēto, quod Petrus, vt fatetur ipse noster Samson, ob acres quas patiebatur persecutiones, latere vbique studuerit; atque adeo cum B. Paulo inter hostes Romæ captiuo familiariter agere non potuerit; imo frequenter ab urbe abfuerit, relicto ibi vicario suo Sācto Clemēte, vt habet Epiphanius *Heresi* 27. Ob quas etiam causas S. Paulus scribens ad Romanos Petrum non salutasse dici potest: quamuis & priuatim ad B. Petrum alias cum eodem nuntio literas misisse potuerit, atque ideo in cōmunibus literis salutationem eius omisisse. Si dicas *hec à nobis non demonstrari*. Respondeo: tatis per se patere, hæc esse possibile. Quid autem de facto ex his in causa fuerit, non incumbit nobis demonstrare; sed Samsonis est, nihil horum iu causa fuisse, *euidenti & sufficienti*, sicut promisit, argumentatione euincere. Denique quod infert, Petrum si annis 25. Romæ sedisset Episcopus, perfidiæ & infidelitatis re-

nm fore, eo quod Iudæos, quorum erat desti- *Act. 10:*  
 natus Apostolus deseruisset; atque ita pactum  
 cum B. Paulo initum violasset. Respondeo  
 Petrum non Iudæorum solum sed & gentiū *Matt. 10:*  
 fuisse Apostolum. Nam & gentes ipse pri- *5.*  
 mus ad Euangelij participationem admisit.  
 Debuerunt tamen Apostoli ex Christi præ-  
 cepto Iudæorum habere curam præcipuam  
 donec illi indignos se præstantes gratia Euan- *Act. 13: 4*  
 gelica, gentium plenitudini locum darent. Cū *5.*  
 vero Paulus ob inexpectatam suam conuersi-  
 onem nimis esset Iudæis factus exosus; adeo  
 vt nihil inter eos posse proficere videretur,  
 citius ad gentes dimissus est, præcipua interim  
 adhuc Apostolorum portione Iudæorum cō-  
 uersioni operam primariam nauante. Sed cū  
 postea Petrus in carcerem ab Herode compa-  
 ctu acerba sibi in Palestina imminere à Iudæ-  
 orum pertinacia cerneret, ad gentes etiam sibi  
 iam transeundum esse, adeoque priori præce-  
 pto non vterius se esse obligatum, iudicare  
 prudenter potuit. Atque adeo nec contra pa-  
 ctum cum B. Paulo initum quicquam com-  
 misit, cum id non in perpetuum, sed ad tem-  
 pus tantum statutum fuerit. Alioquin nec tu  
 Samson fidelitatem Petri saluare satis poteris,  
 qui ita longum iter in Babyloniam Aegypti  
 eum arripuisse dicis, vt nunquam postea in Iu-  
 daam reuersum esse significes.

Hoc ergo, Lector, est spectaculum quod  
 Rosa-

Rosa-

Rosaceus hic nobis Samson exhibuit. Ex quo videre est qua cōscientia Deformationis quidam ministri in docenda veritate Euangelica occupentur.

Porro quoniam nos supra in propositionis nostræ probatione antiquæ Ecclesiæ totius doctrinam seu traditionem allegauimus: ne quis forte tam liberales nos esse existimet in asserendo quod nescimus, quam aduersarij sunt in negando quod sciunt; expedire visum est, ex ijs scriptoribus qui intra primos sexcentos post Christum annos (quo quidē tempore aduersariorum prudentiores Romanam Ecclesiam veram fuisse Christi sponsam negare non audent) floruerunt, testimonia nonnulla hic adducere; ex quibus num quid temerè a nobis assertum sit, Lector iudicet. In primis verò, per fidem meam, certus sit, nullum me hic testimonium ex nuda alterius allegatione citaturum: sed omnia partim oculis proprijs, partim duorum fidelium virorum adiutorio ex ipsis quos citabo authoribus iā recens collegisse: atque interim plurima adhuc, quæ in ista inquisitione sese vltro offerebant itidem clarissima loca breuitatis studio neglexisse. Pontificum vero & quorundam patrum epistolæ in tomis conciliorum alio frequenter ordine quā separatim dispositę extāt, inueniet. Sicut & aliorum authorum in diuersis editionibus

nibus diuersa inuenitur capitum distinctio. No-  
verò prolixi sumus nimis, eosdem sæpe autho-  
res pro diuersis, quæ in generali nostra propo-  
sitione, inclusæ intelliguntur, assertionibus re-  
petendo, per modum indicis aut expansæ ta-  
bulæ authores ipsos, secundū ordinē tempo-  
ris singulsi eorū prænotādi, primo referemus;  
notatisque scriptorum locis, vbi similia habē-  
tur pronunciata, similem ex alphabeto literā  
subiungemus. Deinde verò quid literis istis  
indigitatum fuerit, alphabetico ordine expo-  
nemus.

## ANNO CHRISTI.

70. S. Linus, primus successor Petri. *De passi-  
one eiusdem sui prædecessoris.* (e)  
80. S. Clemens, successor Lini: *Epist. I. ad Ia-  
cobum* (d).  
84. S. Anacletus, successor Clementis. *Epi-  
stola prima* (s) *epist. tertia.* (d. f.)  
109. S. Alexander primus. *Epistola prima.* (s.)  
120. S. Sixtus primus. *Epistola secunda.* (s.)  
120. Papias. *in explicationibus sermonum Do-  
mini:* prout citatur ab Eusebio & Nicephoro  
*libro vtriusque secundo cap. decimo quinto.* (b.)  
140. S. Pius primus. *Epist. prima.* (p.) *Epist.  
tertia.* (f.)  
150. Egesippus. *Historia de excidio Hierosoly-  
mitano lib. tertio cap. secundo.* (e.) (g.)

S. Anice-

154. S. Anicetus papa. *Ad Episcopos Gallie cap. tertio. (s.)*

182. S. Eleuthrus papa. *Ad Gallie prouincia cap. secundo (s.)*

180. Irenæus *libro tertio. cap. primo & tertio. (i.)*

186. S. Victor papa. *Ad Theophilum Alexandrinum Aegyptiorumque Episcopos. (s.)*

198. S. Zephyrinus papa. *Ad Episcopos Sicilia (s.)*

200. Clemens Alexandrinus. *libro Hypotyposion: prout citatur ab Eusebio. libro sexto cap. vndecimo: & lib. tertio Eccles. Hist. cap. secundo. (d)*

200. Tertullianus *De praescriptionibus cap. trigesimo sexto. (f.) Contra Gnosticos, ad Scorpium, cap. decimo quinto. (a.) De baptismo cap. quarto. (d.) Contra Marcionem lib. quarto capite quinto. (d.) (f.) In carminibus contra Marcionem lib. tertio, cap. nono (m.) (o.)*

Imo *libro de pudicitia*, quem scripsit iam hereticus & contra Romanum pontificem, vocat eum nihilominus Pontificem maximum & Episcopum Episcoporum &c.

S. Calixtus papa *Epist. decretali ad Benedictum Episcopum (p.)*

236. S. Antherus papa *Ad Episcopos Bore: ca Toletana prouincia. (k.)*

237. S. Fabianus papa *Epist. secunda ad omnes Orientales Episcopos, & E. ij. q. la tertia (s.)*

240. Origenes *lib. tertio in Genesim*: prout citatur ab Eusebio *lib. tertio Eccles. Hist. cap. primo.* (f.) (g.)

250. S. Cyprianus *Epistola quinquagesima secunda & quinquagesima quinta* (q.) *Libro de Veritate Ecclesie.* (p.)

252. S. Lucius papa; *Ad Gallia & Hispaniarum Episcopos* (q.) (s.)

257. S. Sixtus secundus *Epistola prima.* (s.)

260. S. Dionysius papa *Epistola secunda* (s.)

270. S. Felix primus *Epistola tertia* (s.)

300. Petrus Alexandrinus. *de pœnitentia canone nono* (f.)

300. Arnobius *lib. secundo contra Gentes.* (c.)

300 Lactantius *lib. quarto cap. vigesimo primo.* (d.)

304. S. Marcellus primus, *Epist. prima ad Episcopos Antiochena prouincia* (p.) (s.)

309. S. Eusepius papa. *Epistola tertia* (p.)

311. S. Melchiades papa. *Ad Hispania Episcopos,* (q.) & (s.)

325. Concilium Nicænum primum generale sub

S. Syluestro pontifice; collectum ex trecentis decē & octo Patribus. *canone trigesimo nono in canonibus ex Arabico translatis.* (p.)

335. Concilium Romanum sub eodem Syluestro habitum ducentorum octoginta quatuor Episcoporum *cap. vigesimo.* (s.)

326. Eusebius Cæsariensis in *chronicis, & in Hist. Ecclesiastica lib. secundo. cap. decimo tertio &*

14. itē 24. (a. f. g. h.) Nota Eusebij capita in di-  
 uersis exemplaribus diuersimode distingui.
336. Marcus papa. *Epist. ad Athanasium, &*  
*ceteros Aegypti Episcopos.* (p.)
337. Iulius papa primus *ad Episcopos Orientales*  
*item Epist. secunda ad Eusebium, Theogonium &*  
*ceteros Orientales Episcopos.* (p.)
337. S. Athanasius. *Apologia pro fuga sua.* (f.)  
 Item ipse & *Vniuersi Aegyptiorum, Thebaid-  
 rum & Lybiorum Episcopi Epist. ad Felicem* (con-  
 dum papā, quæ habetur tomo primo Conc. (s.)
350. Dorotheus Tyrius *in Synopsi* (f.)
351. Liberius papa *Epist. ad Athanasium* et  
*epist. ad Constantium Augustum* quæ habetur in  
 Biblioth. Patrum. (p.)
353. Concilium Sardicense *cap. quarto* (r.)
360. S. Cyrillus Hierosol. *catechesi sexta* (c.)
366. Felix papa II. *Epist. ad Athanasium & ceteros*  
*Aegypti Episcopos Alexandria congregatos* (f.)
370. Epiphanius *Heresi vicesima septima.* (l.)
370. S. Ambrosius *lib. tertio de Sacramenti*  
*parte primo* (l.) *Lib. 5. post epist. trigessimā secundam*  
*In oratione cōtra Auxentium* (c. e. f.) *In actu*  
*Processi & Martini die 2. Iulij. Tom. 4.* (e.)
370. Optatus Mileuitanus *Lib. secundo con-*  
*tra Donatistas* (m.)
380. Gregorius Nazianf. *Iambico primo* (a.)
380. Philastrius. *De Simone Mago* (c.)
380. Prudentius *Hymno duodecimo de passio-*  
*ne Petri & Pauli.* (f. g.) *Hymno secundo, de S. Lau-*  
*rentio & de S. Hippolyti* (q.) 380. Ste



380. Stephanus Mauritaniae in Africa Episcopus *Epistola ad Damasum* (p. r. s.)
380. Damasus papa *Epist. secunda ad Stephanum & ad Concilia Africa* (s.) (sem episc. (s.))
385. Siricius *Epist. ad Himerium Tarraconensem*
388. Anastasius papa, *Ad omnes Germaniae & Burgundiae Episcopos* (s.)
390. S. Hieronymus *ad caput quinquagesimum secundum Isaia* (l.) *Ad caput secundum ad Galatas* (a.) *De viris illustrib. cap. primo* (a. f. g. l.) *Epist. octava. ad Demetriadem cap. nono* (s.)
390. Ruffinus *in uelutiua 2. in Hieronym.* (l.) *In symboli explicatione ad Damasum apud Hier.* (p. s.)
400. S. Ioan. Chrysof. *Hom. trigesima secunda, in morali* (h.) *In Encomio 12. Apostolorum* (d.)  
Item *in Encomio Petri & Pauli* (f.)
400. S. Augustinus *contra literas Petiliani lib. 2. cap. 51.* (m.) *De haesibus, haeresi prima.* (c.)
406. Innocentius primus. *Epist. prima ad Decentium Eugubinum.* (d.) *Epist. decima quarta ad Bonifacium presbyterum.* (a.) *Epist. 17. ad Arcadium Imperatorem qui Ioannem Chrysofomum expulerat* (p.) *Epist. secunda ad Victricium Episc.* & *Epist. trigesima secunda* (s.)
410. Paulinus Nolanus, *Natali 3. de S. Faelice* (h)
410. Seuerinus Sulpitius *sacra hist. lib. 2.* (c. f.)
420. Paulus Orosius *lib. 7. c. 6.* (a.) & *c. 7.* (a. f.)
418. Zosimus papa *Epistola ad Hefichium Episcopum Salunitanum, & ad Vniuersos Episcopos per Gallias & septem prouincias constitutos.* (s.)

430. Ioannes Cassianus. de Incarnatione Verbi  
libro tertio cap. duodecimo (l.)
430. Maximus Taurinentis in natali Petri &  
Pauli (a.f.)
430. Arnobius Romanus ad psalmum centesi-  
mum sextum (d.)
430. Philippus presbyter in Concilio Ephe-  
sino. secundo cap. 16. (p. s.)
440. Sozomenus lib. quarto cap. decimo quinta  
(q.)  
& libro nono, cap. nono. (h.)
- S. Petrus Chrysológus. Episcopus Rauen. (q.)  
Epist. ad Eutichen.
445. S. Leo papa, primus. Sermone primo de na-  
tali Petri & Pauli capite primo, tertio & quarto  
(n.) Epist. sexagesima secunda, ad Maximum An-  
tiochenum Episcopum (d) Epist. quarta ad Episcopos  
Siciliae. quadragesima nona ad Synodum Chalcedo-  
nensem, quinquagesima octaua ad Pulcheriam Aegyp-  
tam (p. s.)
450. Theodoretus in psalmum centesimum  
sexagesimum sextum. (d.)
460. Victor Antiochenus in Euangelium  
Marci paulo post principium (a. b.)
460. S. Prosper. De promissionibus & pro-  
phetiis dimidij temporis cap. quinto (f.) De ingre-  
ssu cap. secundo & octauo (q.)
451. Hilarius papa. Epistola ad Leontium Ep-  
iscopum. (q. r.)  
In concilio Romano cap. primo (s.)

499. *Gelasius Papa In decreto de apocryphis Scriptu-  
rae locis (f.) Epist. 9. ad Episcopos per Lucaniā, Bru-  
tios & Siliciā constitutos, & cōmonitorio ad Faustū  
Magistrum fungentem legatione Constantinopoli.  
(p.s.) Epist. oct. ad Anastasium Augustum quem filiū  
nominat (p.) Item ad Episcopos Dardania, (p.)*
- 496 *Anastasius papa secundus. Epist. ad Anasta-  
sium Imperatorem, quem filium appellat. (q.s.)*
500. *Symmachus papa. Apologetico aduersus  
Anastasium Imperatorem. (r.)*
500. *Andreas Cæsariensis ad caput trigesimū  
septimum Apoc. alyp. (c.)*
500. *S. Fulgentius De Incarnatione cap. vnde-  
cimo. (d.h.)*
- 551 *Synodus Romana tertia sub Symmacho  
cap. tertio (K.)*
514. *Hormisda Papa. ad Iustinum Imperatorem  
quē filiū appellat. epist. vigesima secunda. (r.)*
- Dorotheus Thessal. Episcopus ad Hormisdam (r.s.)*
514. *Ioannes Patriarcha Constantinop. E-  
pist. ad Hormisdam (p.)*
516. *Possessor Africanus. Epist. ad Hormisdam  
Papam (l.)*
- 56 *Epiphanius Archiepiscopus Constanti-  
nopolitanus Epist. ad Hormisdā papā (d.) (p.)*
530. *Bonifacius secundus papa, Epist. ad Eulalium  
Alexandrinum Episcopum. (p.)*
530. *Iornandes libro de regnorum & temporum  
successione (f.)*

530. Marcellinus comes. In Chronico, Indi-  
nona. (q.)

532. Ioannes secundus papa. Epist. ad Infir-  
mum Imperatorem. (i)

533. Vigilius papa. epistola prima ad Eatheri-  
um Episcopum. Epist. ad Episcopos Gallia. Epist. ad Au-  
relianum Episcopum Arelatensem. Iterumque e-  
pist. secunda ad Episcopos Gallia (p)

540. Arator; in Acta Apostolorum, ad finem (a.p)

540. Aurelius Cassiodorus. In Chronico, in  
Claudio (a.m.) In Nerone f.)

555 Pelagius papa, primus. Epist. ad Vigilium (p.)  
Item Epist. ad Sepandum Arelatensem Episc. (s.)

570. Fortunatus vita S. Martini libro tertio (f.h.)  
& lib. octauo Carminum, de virginitate (a.)

579. Pelagius secundus papa. Epistola ad illegi-  
timam synodum Constantinopolitanam (s.)

580. Gregorius Turonensis Historia Francorum  
lib. primo: cap. vigesimo quinto. (a.f.)

590. S. Gregorius Magnus. Ad psalmum quinquagesimum  
penitentialem (e.p.) Lib. quarto epistola septima  
ad vniuersos Episcopos per Illyricum (s.) lib. sexto  
epist. trigesima septima, ad Eulogium Alexandrinum  
(n.f.) Lib septimo, Epist. sexagesima quarta (p.) lib.  
vndecimo. epist. quadragesima quarta (p.)

Lib. septimo. epist. centesima  
decima septima. (s.)

(:.)

Explicatio

*Explicatio precedentium figurarum Alphabeti:*

- (a.) S. Petrum fuisse vel claruisse Romæ.  
 (b.) Ex Babylone, quæ est Roma, scripsisse primam suam epistolam.  
 (c.) Romæ à S. Petro Simonem Magum confusum & victum esse.  
 (d.) Petrum Romæ docuisse seu prædicasse aut baptizasse.  
 (e.) Christum Dominum S. Petro Romæ in porta occurrisse eiq; interroganti: *Domine quo vadis*; respondisse: *venio Romam iterum crucifigere* tum id Petrum de se intellexisse &c.  
 (f.) S. Petrum Romæ à Nerone occisum vel crucifixum esse.  
 (g.) Et quidem pedibus sursum.  
 (h.) S. Petrum Romæ sepultum, seu tumbam eius ibi esse.  
 (i.) S. Petrum Ecclesiam Romanam fundasse.  
 (k.) Sedem Romanam fundasse.  
 (l.) Romæ Episcopum fuisse, vel, Romanæ Ecclesiæ gubernacula rexisse.  
 (m.) In Romana sede seu Cathedra sedisse. Optati Mil. verba sunt: *Negare non potes scire te in vrbe Roma Petro primo cathedram Episcopalem esse collocatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cophas appellatus est.*  
 (n.) Romam eius Sacerdotio ditatam esse; Verba S. Leonis, sermone primo in Natali SS. Petri & Pauli: *Isti sunt qui te ad hanc gloriam pro- uexerunt, vt gēs sancta, populus electus, ciuitas sacer-*

dot alis & regia, per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta, latius praesideres religione diuina, quam dominatione terrena. Quamuis enim multis eadem victorijs ius imperij tui terra mariq; protuleris; minusque tamen est quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax christiana subiecit.

(o.) In Romana sede Petro Linum successisse.

(p.) Romanum pontificem in potestatem Petri totam Ecclesiam gubernandi succedere. S. Cypriani verba sunt: Qui cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse non confidat. &c.

Concilij Nicæni verba sunt: Ille qui sedem tenet Roma, caput & Princeps est omnium Patriarcharum. Quandoquidem ipse est primus, sicut Petrus cui data est potestas in omnes principes Christianos & omnes populos eorum, ut qui sit vicarius Christi Domini nostri super cunctos populos & vniuersam Ecclesiam Christianam. Et quicumque contradixerit à synodo excommunicatur.

Verba Innocentij ad Arcadium Imperatorem. Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segrego & rejicio te & uxorem à perceptione immaculatorum mysteriorum Christi Dei nostri; Episcopum etiam omnem aut clericum ordinis S. Dei Ecclesie qui administrare ea vobis ausus fuerit, ab ea hora qua presentes vincti mei legeritis literas, dignitate sua excidisse decernimus.

Verba S. Hier. Epist. quinquagesima septima

ma ad Damafum papam: Ego nullum primum nisi Christum sequens, beatitudini tua id est, cathedra Petri communionem confocior: super illam petram edificat a Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit peribit regnante diluuiio. Quicumque etiam non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est. &c.

(q.) Romanam sedem esse sedem Petri Verba Petri Chrylogi: B. Petrus qui in propria sede viuit & praesidet, praestat quarentibus fidei veritate. Nos enim pro studio pacis & fidei extra consensum Romana ciuitatis Episcopi causas audire non possumus.

Extat ante Concil. Chalced.

(r.) In Romano Pontifice S. Petrum honorari vel contemni.

Verba Symmachi ad Anastasium Imperat. An quia Imperator es, contra Petri niteris potestatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, B. Petrum Apostolum in suo qualicumque vicario calcare contendis?

(s) Romanum pontificem dubia in fide & moribus occurentia & grauiora omnia, vt episcoporum causas &c. debere determinare idq; autoritate Apostolica Petro collata.

Concilij Romani anno 325. habiti verba sunt: Nemo iudicabit primam sedem: quoniam omnes sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari. Neq; ab Augusto, neq; ab omni clero neque a regibus

bus, neque à populo iudex iudicabitur. Et subscri-  
serunt Episcopi 284. presbyteri 45. Augustus Cr-  
stantinus, & mater eius Helena &c.

In hoc etiam concilio S. Syluester Niceni  
Concilium confirmauit, prout ab ipso Niceni  
Patres petiuerant.

Verba Philippi presbyteri in concilio E-  
phesino: Nulli dubium est Petrum per successores  
suos hucusq; semper viuere causasque decernere,  
semperque victurum esse &c.

Verba Pelagij secundi An. 579. ad synodum  
illegit. Constantinop. Quicquid in predicto vestri  
conuenticulo (quia synodus taliter presumpsa esse  
non potuit) statuistis; ex auctoritate S. Petri Apосто-  
lorum principis & Domini Saluatoris voce qua B.  
Petro potestatem soluendi atq; ligandi ipse Saluator  
dedit; que etiam potestas in successoribus eius inderi-  
bitanter transiit, precipio omnia qua ibi statuistis  
& vana & cassa esse, &c.

S. Gregorij verba lib. 7. Epist. 64. De Const-  
antinopolitana Ecclesia quod dicunt, quis eam dubie  
sedi Apostolica esse subiectam? &c.

Ex his itaque manifeste satis patet Rom-  
num pontificem in antiqua Ecclesia semper  
habitum fuisse pro B. Petri successore, nec v-  
lum fuisse in christianismo qui id negauerit. Si  
enim, vllus contra communem adeo sententiam  
quicquam vel dixisset vel scripsisset, vtrique  
aliquis ex præcitatis scriptoribus controuer-  
sæ huius aliquando mentionem aliquam  
fecisset & sententiam suam (cum res sit max-



imi momenti) contra aduersarios vindicasset. Iam verò ne vestigium quidem huiusmodi controuersia vsquam apparet. Sed tam ab hæreticis quàm catholicis ex Oriente & Occidente, ex Africa & reliquis orbis christiani partibus eadem tanquam notissima veritas adstruitur. Omnibus Romani pontifices pro B. Petri successoribus cum Apostolica auctoritate sese offerunt pastores; ab omnibus vicissim pro huiusmodi recipiuntur Determinationes dubiorum ex toto orbe ab iis petuntur; omnibus ex officio pastoralis respondent; In concilijs per se vel per legatos suos præfident; suoque ea suffragio vel recipiunt vel condènant: Et quicquid ab illis decretum fuerit, orbe toto ratum habetur & firmum tanquam ab Apostolica auctoritate perfectum.

Concilia nos obiter ex omnibus prout occurrebant pauca tantum attigimus: quibus nunc adiicimus

Anno 400. Toletanum primum, sub finem assertionis fidei ita concludens: *Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur vel profitetur, vt aliud in salubri baptismo contra sedem S. Petri faciat, anathema sit.*

410. De concilio Carthaginensi cui S. Augustinus interfuit, S. Prosper in chronicis ita loquitur: *Concilio apud Carthaginem habito ducentorum septendecim Episcoporum, ad pontificem Zosimum synodalia decreta perlata; quibus probatis*  
per

Per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.

430. In Concilio Ephesino, ubi hæresis Nestoriana damnata est, nomine Cælestini papæ præfedit S. Cyrillus Alexandrinus.

Qua verò autoritate damnatio hæc robusta obtinuerit, patet ex Epist. ipsius Cyrilli ad Cælestinum; ubi *Quamuis*, inquit, *hæc ita se habeant*, non prius, tamen Nestorij communem confidenter deserere ausi fuimus, quam hac ipsa sententia tua iudicarem. Digneris proinde quid his sentias declarare: quo liquido nobis constet, communicare ne nos cum Nestorio oporteat, an vero libere eidem denunciare nevinem cum eo communicare qui huiusmodi erroneam doctrinam fouet ac predicat. Porro tua integritatis mens ac super hac sententia non modo pijsissimis Deoque deuotissimis Macedonia Episcopis, sed totius quoque Orientis antistitibus perspicue per literas exponi debet &c.

435. Concilium Chalcedonense ex sexcentis triginta Patribus congregatum, adeoque vnum ex quatuor celeberrimis; Eutichianam damnauit hæresin. Et S. Leonis papæ legatum habuit præfides, ipsumque *Apostolicum* & *uersalem* papam cui vineæ custodia à Saluatore commissa sit, agnoscit: Tandemque confirmationem suorum decretorum humiliter ab eo petiit. Act. prima, tertia & decimasexta.

550 Concilium Aurelianense cap. primo

Quoties

Quoties aliquid de selemnitate pascatis dubitatur, inquisita vel agnita per Metropolitanos à sede Apostolica sacra constitutio teneatur.

570. Concilium Turonense cap. vigesimo primo, post recitatum decretum Innocentij papæ; Quis, ait, sacerdotum contra decreta talia, quæ à sede Apostolica processerunt, agere presumat? Et quorum auctorum valere possit predicatio nisi quos sedes Apostolica semper intromisit &c.

572. Concilium Bracharense cap. seu num. vigesimo secundo & vigesimo tertio Determinationem sedis Beatissimi Petri Apostoli in dubijs seruandam decernis. &c.

Desiderabunt fortassis Politici nostri Christianorū Imperatorū super hac questione censuram. Accipiant ergo hos sequentes:

248 Philippus primus. A Fabiano pontifice tēplo prohibitus est nisi prius confessus inter penitentes se collocasset. Imperator alacri animo & lubenti Episcopo morem gessit. Ita Eusebius Casariensis lib. sexto cap. vigesimo. septimo. & Nicephorus lib. quinto cap. vigesimo quinto.

325 Constantinus primus: Ad Syluestrum papam. Salutat ipsum Sanctissimum & Beatissimū Patrem Patrum, urbis Romana Episcopum & papam. Deinceps appellat eum Summum pontificem & vniuersalem papam, successorem principis Apostolorum qui vicarius filij Dei in terris fuit constitutus. Extat in præambulis concilij Nicæni.

370. Gratia-

370 Gratianus, Valentinianus & Theodosius  
*cod. de summa Trinit. & fide Cath.* Cunctos po-  
 pulos quos clementię nostrę regit Imperium,  
 in tali volumus religione versari quam D. Pe-  
 trum Apost. tradidisse Romanis, religio ad-  
 huc ab ipso insinuata declarat, quamque pon-  
 tificem Damasum sequi claret. *Extat etiam apud*  
*Sozomenum lib. sept. cap. quarto.*

410. Honorius Augustus. *Ad Bonifaciũ papam.*  
 Salutatur eum *Sanctum & venerabilem papam vobis*  
*eterna.* Subditque: *Scripta Beatitudinis tuae de-*  
*bita reuerentia gratulatione suscepimus.* Deinceps  
 officium eius vocat *Apostolatam:* sedem vero  
*sedem Apostolicam.* &c. Vid. Tom. primo con-  
 cil.

450. Valentinianus tertius. *Ad Theodosiũ Impe-*  
*ratores Romanũ Pontificem esse successorem*  
*Petri, habere principatum sacerdotij, Episco-*  
*pum Constantinopolitanum per libellos illũ*  
*appellasse, illius esse de fide iudicare &c.*

*Extat in Concilio Chalcedonensi. Tom. 2. Con-*  
*cil.*

450. Valentinianus & Marcianus *Epist. ad*  
*Leonem papam.* Illum possidere princi-  
 patum in Episcopatu diuinę fidei. *Extat ibi-*  
*dem.*

450. Marcianus. *Ad Leonem papam.* Petit ab  
 eo facultatem conuocandi synodum per om-  
 nem Orientem, Thraciam & Illyricum, in qua  
 quę catholicę fidei profint, Episcopi decla-  
 rent.

rent, sicut sua. Sanctitas secundum Ecclesiasticas regulas definiuerit. &c.

450. Galla placidia Imperatrix *Epist. ad Pulcheriã Augustã*: Omnib. (inquit) integris permanentibus, ad Apostolicæ sedis, in qua primus Apostolorũ B. Petrus qui etiam clauces regni cælestis suscipiens sacerdotij principatum tenuit, Episcopatus causa mittatur. *Extat ibidem in præambulis Concilij Chalced.*

450. Pulcheria Augusta *Epist. ad Leonem papam*. Petit vt dignetur significare, vt omnes etiam totius Orientis Episcopi Thraciæ & Illyrici in vnam ciuitatem conueniant, vbi factõ concilio sicut fides & Christina pietas exigit, ipso authore decernant. *Extat ibidem.*

510. Anastasius Imperator *epist. Ad Hormisdã papam*: *Hortamur, vt ad ea qua de Scythia partibus mota, vnde & concilium fieri conuenire perspeximus, mediatorẽ se Apostolatus vester faciat, vt contentionibus amputatis, vnitã Sanctã restituatur Ecclesia &c.* Tom. 2. Concil.

516. Iustinus Imperator. *Epist. ad Hormisdã*: *Scias Pater religiosissime. &c.*

530 Iustinianus Imperator *Epist. ad Ioannem papam*. Cod. de summa Trinit. & fid. Cath. *Reddentes honorem Apostolicæ sedi & vestrae sanctitati, & vt decet, Patrem honorantes Vestram beatitudinem, omnia qua ad Ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre*

ferre

*Serre vestra Sanctitatis, qua caput est omnium Sacerdotum Ecclesiarum. &c.*

vide & *Authent. de Ecclesiasticis titulis & privilegij cap. primo &c.*

Hæc ergo sunt quæ totus orbis Christianus absque ullius contradictione, tot sæculis sensit & credidit. Et veniet iam tandem nescio quis, qui, ut toto mundo oculatior habeatur *Theologico-Topologicis Theologico-Chronologicis* suis ampullis S. Petrum nunquam Romæ fuisse impune clamitabit? qui eleuato per superbiam gressu ac distetis in omnem veterum buccis, *Sansone* nem se rediuuium gloriabitur? qui dum patroni veritatis titulum gerit, medicis suis & imposturis animas Christi Domini sanguine redemptas in inferna demergit? Sufficiat tibi misere perditio tua.

Ex his ergo patere satis existimo, eos qui ideo solum credere nolunt, Petrum Romæ fuisse, quia id in SS. literis sub expresso Romæ ciuitatis nomine non legatur; nec volumus per *Babylonem* in prima illius Epistola commemoratam, Romam intelligi, tamen si inter libentissimè eodem isto nomine Romam intelligunt ubicunq; illud in Apocalypsi ueniunt; contra omnem rationem contumaciam suam prodere. Tolerari posset ab heretico, si pronunciatum illud catholicum de Christiana fide non esse, ex eo quia non aperte scriptis in S. Scriptura id asseratur, contederet: Sed ne histo-

ne historica quidem veritate dignari id quod  
ita per totum Christianum orbem tot sæculis  
omnibus medullitus inhæsit; equidem extre-  
mæ arbitror esse signum superbiæ & superbæ  
dementiæ. Quis enim nõ infantiæ arguat quæ-  
uis magistrum, qui, vel ex eo quod in S.  
Scriptura de Iulij Cæsaris principatu nihil le-  
gatur, vel quia tēpus ab alijs scriptoribus Iu-  
lio assignatū cum cerebri sui calculo non cō-  
gruat, ipsum Iulium primum Romanorum  
Imperatorem fuisse, negare nunc tandem in-  
ciperet?

Quid enim? etiāsi in S. Scriptura omnia B.  
Petri acta, itinera & labores expressa non sint,  
an ergo nihil præter pauca illa quæ ibi com-  
memorantur fecisse credendus est? An quia  
sacra scriptura de morte B. Petri tacet, ideone  
mortuus non esse putandus est? Sic nullus A-  
postolorum præter *Iacobum fratrem Ioannis*  
*quem Herodes Agrippa occidit gladio* vsque in  
hodiernum diem mortuus dici certò poterit.  
Dicat ergo aliquis B. Petrum adhuc in hac  
vita superesse, adeoque successorem nullum  
vnquam in pastornatu habuisse. Quod qui dice-  
re non audeat, dicat an sibi ex scriptura sola lo-  
cum mortis B. Petri probari velit, Quod si fi-  
eri non possit, nunquid nusquam eum esse  
mortuum sibi audebit persuadere? Si hoc non  
audeat, dicat quo testimonio istum locū pro-  
bari sibi velit. Cui ratio salua est, præter San-  
ctorum

*Vera Ratio Saruand. Vnit.*

etorum virorum qui antiquæ Ecclesiæ facti  
descripserunt, testimonium, aliud non potest  
exigere.

Ita fortius adhuc vrget argumentum  
successore B. eiusdem Apostoli.

Cum ea quæ post mortem Apostolorum  
sunt, historica relatione ab ipsis Apostolis scri-  
bi non potuerint, insanum est nolle ista cre-  
dere, nisi ex ipsorum scriptis demonstrentur.  
Sed successio aliorum in Apostolorum sedes  
accidit post eorum mortem, ergo ex illorum  
scriptis nemo prudens eam sibi probari petat.  
Vixit quidem S. Ioannes diu post Apostolos  
alios, ita vt vnum vel alterum nobis successo-  
rem Petri potuisset describere: Sed præterquã  
quod nec hoc ex SS. literis probari possit, con-  
tinuare successorum Petri seriem vsque ad  
hęc tempora (vt efficaciter ex sacris literis he-  
reticis satisfieret Paulum V. esse eiusdem Pe-  
tri successorẽ) S. Ioannes non potuit, nisi spiri-  
tu prophetico. Quis autẽ nõ videt pertinacem  
& hæreticam prauitatem istius hominis  
ita vellet Deo leges præscribere, iuxta quã  
aliquid sibi demonstrare debeat? Clare patet  
ea quæ per experientiam à mundo cognoscuntur  
bonis scribi & obseruari possint, non esse re-  
uelatione extraordinaria à Deo expectanda.  
Itaque quod in huiusmodi reb. toti antiqui  
ti credere noluerit, peruersę merito voluntatis  
& non ferendæ contumaciæ ab omnibus con-  
demnan-



demnandus est.

Restaret examinandum an Petrus sit immediatè Christi Domini in Ecclesia regenda vicarius constitutus; ita ut fuerit etiam vniuersali concilio superior & eius pastor; an verò acceperit suam pastoralementem potestatem ut instrumentum & minister omnium aliorum pastorum simul vnitorum? ita ut vniuersale concilium legitimè congregatum habeat auctoritatem supra ipsum Pontificem. Sed cum ex hæcenus dictis facile appareat priorem sententiam esse veriore, Rupes enim & fundamentum non dependet in sui solidatione ab ædificio sibi imposito; sed contra: Cum item posterior opinio nondum sit sufficienter erroris condemnata, ita ut etiam eam tenentes possint, modo velint nobiscum tolerari, non opus est, huic quæstioni diutius immorari.

### CAPVT VII.

*An ij, qui hunc iudicem agnoscunt prudenter possint esse certi de sua fidei veritate.*

**T**Eelingius, quoniam; ut supra parte 3. cap. vlt. absurdo 4. vidimus, homines in hac vita nihil habere docuit quo in fidei suæ examine quietare conscientiam suam possint; etiã Catholicos in eandem miseriam secum trahere nisus est, hoc argumento: ipsimet Papista qui contra vos tam odiose & falso exclamant, quod ho-

Bb 2 mines